



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo
Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CCV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96538](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96538)

propterea quia Petrus eius filius uulnerauerit Beliam
 12 filium Iacobi eius inimicum, nam propter promissionem factam in instrumento pacis non debet pati penam, quia Hieronymus non promissit, quod Petrus eius filius non offenderet Beliam, aut alium de agnatione dicti Iacobi, quo casu ex dicto uulnere in poenam incidisset, sed promissit, quod filius infra tempus ratificabit. Unde interim si filius aliquem de comprehensis in instrumento pacis offenderit, ut est de mente Bal. in l. si. C. ad macedon. per Are. in l. panthoniis, ff. de acquir. hered. & per Bar. in l. si uxori, §. si quis, ff. de adul. ¶ Similiter nec per promissionem factam in instrumento treguarum potest dici Hieronymum dictam penam incurrisse, quoniam illa promissio, & poena dicitur subblata, & extincta, seu nouata per instrumentum pacis ultimo loco celebratum, in quo de tregua mentio facta fuit: licet enim nouatio ipso iure non fiat per sequentem nouam obligationem, nisi expresse dicatur, l. si. C. de nouatio. tamen ubique que secunda obligatio non est cum prima copatibilis, sed illicque aduersatur, inducitur nouatio, etiam si non exprimat, ut est tex. in l. ualerianus, ff. de preto. stipul. l. qui usum fructu. ff. de uerbo. obl. l. cum in plures, ff. locati, l. omnes, ff. de noua. & no. in §. praterea, Instit. quibus mod. toll. oblig. & hinc expresse per Bal. in d. l. si. col. 1. Praterea tamen saltem fit nouatio etiam hodie per uiam exceptionis, ut habetur per Bar. Bal. Sali. & alios in d. l. si. & per Bar. in l. oēs, ff. de nouatio. Sed contra tractus treguarum, & contractus pacis se non comparantur, ut ratione eiusdem subiecti, hoc est eiusdem inimicitie simul stare possint, quia tregua presupponit guerram, & bellum extare, pax uero esse finitum, & non extare, ut hinc in c. 1. de tregua, & pace per Mod. & alios, ergo per instrumentum pacis fuit extincta omnis obligatio contracta ratione treguarum, & consequenter dicta poena mille scutorum peti non potest. ¶ Nec obstat, quod in instrumento pacis Hieronymus promissit Petrum filium suum ratificaturum infra octo dies post eius reditum in patriam, alias poena mille scutorum aliis imposta in tregua facta per ambas partes super dicta inimicitia remaneat in suo robore pro dicto Petro, ex quibus uidetur, quod illa obligatio treguarum, quae fuerat per instrumentum pacis extincta, iterum dicatur renouata, seu melius reseruata in illo casu speciali quoad Petrum, nouata uero, & extincta quoad omnes alios casus, aliasque personas, quia rursus dicitur, quod posito illam fuisse reseruata, dicitur tamen reseruata, si ipse Hieronymus esset in mora faciendi Petrum ratificare infra octo dies, &c. Sed is non fuit in mora, ueluti supra latissime offensum est, ergo sequitur, quod sumus in casu, quo poena treguarum peti non potest, quoniam aliter dicta poena committeretur uirtute contractorum in instrumento treguarum, & nos in illo casu non sumus, & aliter committi poterat uirtute contractorum in instrumento pacis, uidelicet sub conditione, & in casu, quo Hieronymus non fecerit Petrum ratificare pacem contractam, & sic si ipse Hieronymus fuerit in mora istud faciendi, sed & is non fuit in tali mora, nec hinc in conditione euenit, ut supra dictum est, ergo ad fauorem ipsius Hieronymi in presenti causa iudicandum de iure esse existimo. Laus Deo.

propterea quia Petrus eius filius uulnerauerit Beliam
 12 filium Iacobi eius inimicum, nam propter promissionem factam in instrumento pacis non debet pati penam, quia Hieronymus non promissit, quod Petrus eius filius non offenderet Beliam, aut alium de agnatione dicti Iacobi, quo casu ex dicto uulnere in poenam incidisset, sed promissit, quod filius infra tempus ratificabit. Unde interim si filius aliquem de comprehensis in instrumento pacis offenderit, ut est de mente Bal. in l. si. C. ad macedon. per Are. in l. panthoniis, ff. de acquir. hered. & per Bar. in l. si uxori, §. si quis, ff. de adul. ¶ Similiter nec per promissionem factam in instrumento treguarum potest dici Hieronymum dictam penam incurrisse, quoniam illa promissio, & poena dicitur subblata, & extincta, seu nouata per instrumentum pacis ultimo loco celebratum, in quo de tregua mentio facta fuit: licet enim nouatio ipso iure non fiat per sequentem nouam obligationem, nisi expresse dicatur, l. si. C. de nouatio. tamen ubique que secunda obligatio non est cum prima copatibilis, sed illicque aduersatur, inducitur nouatio, etiam si non exprimat, ut est tex. in l. ualerianus, ff. de preto. stipul. l. qui usum fructu. ff. de uerbo. obl. l. cum in plures, ff. locati, l. omnes, ff. de noua. & no. in §. praterea, Instit. quibus mod. toll. oblig. & hinc expresse per Bal. in d. l. si. col. 1. Praterea tamen saltem fit nouatio etiam hodie per uiam exceptionis, ut habetur per Bar. Bal. Sali. & alios in d. l. si. & per Bar. in l. oēs, ff. de nouatio. Sed contra tractus treguarum, & contractus pacis se non comparantur, ut ratione eiusdem subiecti, hoc est eiusdem inimicitie simul stare possint, quia tregua presupponit guerram, & bellum extare, pax uero esse finitum, & non extare, ut hinc in c. 1. de tregua, & pace per Mod. & alios, ergo per instrumentum pacis fuit extincta omnis obligatio contracta ratione treguarum, & consequenter dicta poena mille scutorum peti non potest. ¶ Nec obstat, quod in instrumento pacis Hieronymus promissit Petrum filium suum ratificaturum infra octo dies post eius reditum in patriam, alias poena mille scutorum aliis imposta in tregua facta per ambas partes super dicta inimicitia remaneat in suo robore pro dicto Petro, ex quibus uidetur, quod illa obligatio treguarum, quae fuerat per instrumentum pacis extincta, iterum dicatur renouata, seu melius reseruata in illo casu speciali quoad Petrum, nouata uero, & extincta quoad omnes alios casus, aliasque personas, quia rursus dicitur, quod posito illam fuisse reseruata, dicitur tamen reseruata, si ipse Hieronymus esset in mora faciendi Petrum ratificare infra octo dies, &c. Sed is non fuit in mora, ueluti supra latissime offensum est, ergo sequitur, quod sumus in casu, quo poena treguarum peti non potest, quoniam aliter dicta poena committeretur uirtute contractorum in instrumento treguarum, & nos in illo casu non sumus, & aliter committi poterat uirtute contractorum in instrumento pacis, uidelicet sub conditione, & in casu, quo Hieronymus non fecerit Petrum ratificare pacem contractam, & sic si ipse Hieronymus fuerit in mora istud faciendi, sed & is non fuit in tali mora, nec hinc in conditione euenit, ut supra dictum est, ergo ad fauorem ipsius Hieronymi in presenti causa iudicandum de iure esse existimo. Laus Deo.

S Y M M A E.

- 1 Masculinum in contractibus, & maxime in poenalibus non capit femininum.
- 2 Hec uerba in instrumento pacis apposita alium, sine alios feminas non comprehendunt.
- 3 Interpretatio contra eum, qui se in instrumento fundat, & qui legem apertius potuit dicere, semper in dubio est facienda.
- 4 Offendendo fratrem illius, quem non offendere sub poena promissisti, non committitur poena.

